



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Obedientia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

impator: tu tacetem, ille gehennam minatur. Hic iam
... est fides tua tanquam scutum in quo possis omnia
... inimici extinguere. Idem, & habetur 11. q. 3. can. 1. a cor-

... quibus, quam velle sibi obtemperari a minoribus, & nol-
... quibus, quanto magis Deo regnatori vivit se creaturæ suæ ad-

... obediens mandatum non proerastinat, sed statim parat
... linguam voci, pedes itineri, manus operi, & se totum
... mandatum peragat imperantis. Bernh. de precepto

... obediens dat suum velle & suum nolle, vt possit dicere,
... meum Deus, paratum cor meum, paratum quocun-

... obediens dat suum velle & suum nolle, vt possit dicere,
... meum Deus, paratum cor meum, paratum quocun-

... obediens dat suum velle & suum nolle, vt possit dicere,
... meum Deus, paratum cor meum, paratum quocun-

... obediens dat suum velle & suum nolle, vt possit dicere,
... meum Deus, paratum cor meum, paratum quocun-

... obediens dat suum velle & suum nolle, vt possit dicere,
... meum Deus, paratum cor meum, paratum quocun-

consilium non respuit penitentia, Bernardus de precepto & dis-

penitentia.
Qui scit se quibusdam prepositum, non moleste ferat aliquem
sibi esse prelatum: sed obedientiam quam exegerit, etiam ipse de-

Inobediens morbus, ex superbia rumore procedens, sicut fan-
nies ex vlcere, sic ex superbia contemptus manat. Hoc autem tribus
modis mederi solet, videlicet Emplastro, Vnguento & Ferro, id est,
Exemplo boni operis, Verbo exhortationis, & Disciplina correctio-

Sicut fructus non inuenitur in arbore, in qua flos prius non ap-
paruit, sic in senectute honorem legitimum consequi non poterit,
qui in adolescentia discipline alicuius exercitatione non laborauit.

POETARVM DICTA.

Ouid. 2. Fast.
Phyllirides puerum citare profecit Achillem,
Atq; animos molli contulit arte feras.
Qui rotas socios, toties perterritus hostes,
Credidit anno sum permississe senem.
Quas Helior sensurus erat, poscente magistro
Verberibus iussus praeiur manu.

Plaut. Trin.
Pater adsum,
Impera quid sis, neq; tibi ero in mora, neq; latebrose
abs tuo
Conspetu occultabo.

Hesiodus, in operibus.
Bonus ille est, qui recte dicens obedit.
Homerus in Iliados: & sunt verba Nestoris ad
Achillem & Agamemnonem.
Αλλὰ πλοῦτος καὶ οὐκ ἐπιβόητος ἔσθαι
Sed obedit & nos, quoniam obedit melius est.

Pythagoras.
Ἡγεῖται δὲ τῶν ἀνθρώπων ἡ ἀρετή.
Miseribus pare sermone, operibus cond scibilibus.
Periander.
Αρετῶν εὐαί, Principibus pare.
Εὐαί τῶν ἀρετῶν, Cede magnis.

Pittacus.
Νόμος πᾶσι, Legibus pare.
Seneca Tragedia 7.
Aequum atq; iniqum regis imperium seras.
Plautus in Stichio.
Facendum est id nobis quod parentes imperant.

Virg. Aeneid. lib. 2.
Tu ne qua parentis,
Iussa sime neu preceptis parere recusa.
Mart. lib. 1. epist.
Laser at ingrato leo perfidus ore magistrum
Ausus tam notas contaminare manus.
Sed dignas tanto per soluta comine parnas:
Et qui non tulerat verbera, sella tulit.

Hesiodus in operibus.
Εὐδὸς δὲ αὐτὰρ ἀρετῶν, ὅς ἐστι πλοῦτος ἰδὺν τῶν.
Bonus autem ille est, qui recte dicens parat.
Pub. Mim.
Bis peccat, cum peccandi obsequium accommodat.

SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Mali quidquam parentibus nec dicto, nec facto exhibere oportet:
sed obedire cuiuscunq; conditionis fuerint. Itē in quacunq; corpo-
ris, animi, rerumque externarum fortuna, in pace, in bello, in sanitate,
morbo, diuitiis, paupertate, gloria, infamia siue priuatis, siue in ma-
gistratu cōstitutis parentibus adesse ipsis oportet, nec vnq; deserendi
sunt: obediendumq; tantū non etiā in sanis. Hęc n. sapienter & recte
fieri à pijs hominibus existimantur. Contemptus autē parentum pec-
cati genus eiusmodi est, quod in viuis simul atq; defunctis diuinitus
damna

damatur, ab hominibus odio habetur, & sub terra in loco impiorum, vna cum reliquis improbis perpetuo punitur à iustitia, & infernalibus diis, qui his rebus inspicendis destinati sunt. Honestissima enim est, imò diuina parentum facies. Et ad spectus, cultusque eorum tanti fieri debet, quanti nec Solis fit nec omnium siderum, quæ traussimas cæli choreas constitunt, aut si qua alia res istis maior à quoquam existimatur. Deos quidem arbitror, si contemni parentes viderint, haudquaquam id esse toleraturos. Quamobrem & viuos & mortuos colere par est, necquaquam eis contradicere. Verum si quid ignotus, morbi aut animi deceptionis vitio, consolari atque docere oportet: sed id esse nequaquam: maius enim inter homines admitti peccatum nequit, quam erga parentes impietas. *Peryphone Pythagorica ex libro de mulieris harmonia.*

Ituensis quidam, quem pater philosophandi cupidum prohibebat, Musonius interrogauit his fere verbis: An ò Musoni per omnia obsequendum parentibus, an in aliquibus rebus id non faciendum est? Cui ille respondit: Parere quidem vna quemque suis parentibus decorum videtur, & à me commendatur. Sed quidnam sit parere, videamus, aut primum potius, quid sit immorigerum esse, & quis inobediens, dispiciamus: postea verò melius videbimus quid sit obedire. Age, si pater, qui medicus non est, neque salubrium & contrarium peritus, filium ægotantem aliquid facere iusserit, cæci conducibile, quod tamen noxam sit & inutile, ac ipsum ægrum huiusmodi esse non lateat, dicitur ne filius non obtemperare, ac inobediens esse, nisi iussa fecerit? Non equidem videtur. Item, si ipse pater aliquo morbo laborans vinum aut cibum intempertiuè petierit, ut quibus assumptis, ægritudine aucturus sit: filius autem id sciens non exhibuerit, patre immoriger ille est? Nemo hec dixerit. Et multo minus illum qui inobedientem appellauerit, qui patrem avarum habens, ab eo furari, aut depositum fraudare quempiam iussus, eius non exequitur imperata. An non putas esse aliquos patres, qui filiis suis rursus imperarent? Ego certe noui quendam adeo sceleratum, ut filii (quem formosum habebat) pulchritudinem vendere ausus fuerit. Quod si hic adolescens à patre venditus, & missus ad turpe facinus, contradixerit, neque iuerit, an potius inobedientem eum, aut castum & sobrium esse dicemus? Sed forte huiusmodi ne interrogari quidem merentur: nam contumacem esse, & non parere, conuictum & opprobrium est: non facere autem ea, quæ non faciendâ sunt, laudem meretur, non dedecus. Itaque siue patris, siue magistratus, siue domini præceptis mala, iniusta, & turpia imperantur, non obsequens quis fuerit, nequaquam inobediens est, vt eam neque iniuste, perperam facit. Verum ille duntaxat immoriger est, qui bene, honeste, vtiliterque imperata negligit, & non obtemperat. Talis igitur est inobediens. Moriger autem illi conitarius, & contra no modo est affectus. Is autem hoc nomine appellandus erit, qui obtemperat, & vitro obsequitur recta monenti. Quamobrem & parentibus suis tum demum quis obediens iam sponte facit: quæ ipsi recte iusserint. Ego sane illum, qui, quæ decent & conducunt, fecerit, quamuis sine iussu parentum, morigerum parentibus esse dixerim. Quod autem iure ita sentiam, hinc colligere potes. Qui facit, quæ patris vult patrisque voluntatem sequitur, patri obedit: faciens autem quæ oportet, & potiora factu sunt, voluntati patris obsequitur. Quoniam modo? Quoniam parentes omnes liberis suis procul dubio bene volunt, beneuoliam tem cum sint, ea fieri ab ipsis volunt, quæ decora profuturaque sunt. Quisquis igitur agit conuenientia & vtilia, ea, quæ parentes volunt, agit. Itaque parentibus ista faciens obtemperat, et si parentum verbis iussus non fuerit. Proinde solum hoc illi qui parentibus obedire vult, ubique condecet, an quod agit, sit honestum & vtile, tanquam si tale fuerit, statim is, à quo agitur, parentibus obediatur. Quocirca ne time adolescens, ne patri sias immoriger, si vel indecorum quid præcipiente ipso, non facias, vel prohibente honesta facere pergas. Nam pater in istorum neutro prætextu peccandi tibi esse debet, non enim cogis mala imperata exequi. *Musonius.*

Cogitare enim, & quæ vrbis hostilis capta sit ab obedire nolentibus, & quæ amica ab iis qui parere nolint, seruata sit, quæ etiam obedientiam nõ præstantium sit acies vistoriam consequuta. Quod autem pacto magis homines vincantur in pugna, quam ubi ceperint, priuatim quisque de sua salute consultare? Quod denique aliud bonum præstetur ab iis, qui melioribus non parent? Quæ vrbes legitime habitentur, vel quæ domus seruentur, vel quo pacto naues, quo opus est, perueniant? Nos verò quæ hoc tempore habemus bona, ob quam rem aliam magis adepti sumus, quam ob præstitam obedientiam principi.

Si igitur principi obedire maximum apparet esset bonum ad bona adipiscenda; ita vobis exploratum esse debet, quod etiam idem hoc ad seruandum, quæ oportet, maximum sit bonum. *Xenoph. libro 8. Pædia Cyri prope insitum.*

Homines inobedientes sunt illi, qui cum iniuste viuant, aliis præesse volunt. Obedientiam autem facilem ad ea, quæ princeps vel ipse, vel per alium præcipit, apud subditos efficit quiuis, qui quæ ipsum facere oportet, diligenter exequitur, & eorum, quæ agere conuenit, subditis sese exemplum præbet. *Eusebius.*

Ἰσὸν ὄντων αὐτῶν βασιλέω παρῖνοι κειροτά, φρονέειν τε εὖ, καὶ τὰ λιγυρῆς ἕρῃ αὐτῶν κείνοισι.

Idem, ò rex, meo quidem iudicio esse videtur, vel imperatoris suo, vel recte dicenti obtemperare. *Herodorus libro primo historiarum.*

Ἐν τῷ αὐτῷ, ἀπὸ τῶν θεῶν δὲ τὸ κῆρ σέβειν, ἢ δὲ τοῦ ἑαυτοῦ βίου.

Naugando gubernatori auscultandum est: plus ratione valet. *Aristophylus in Tamaris.*

Quanto quis diligentius obsequitur, tanto maiorem obtinebit. *Arist. Oecon.*

Nullum est maius, quam inobedientie malum, quod inobedientia est ex duritia mentis obstinate, cui detraheranti nolle obtemperare. *Tullius.*

Deo parere libertas est. *Seneca de beata vita.* Suis quique parent placidus. *Cur. l. 6.*

Vtilius parere edicto, quam effere consilium. *Idem.* Obsequio mitigatur imperia. *Idem lib. 8.*

Potentiori omnia parent. *in Histo. Saxo.*

Corrumpitur atque dissoluitur imperantis officium, id quod facere iussus est, non obsequio debito, sed contumaciter respondet. *Gell. lib. 1.*

Mihi videre videor, obedientiam in exhortatione manum ferre, quæ obedientem laudat & honorat, inobedientem in minia supplicioque afficit. *Xenoph. l. 2.*

Vt necessitate adducti parent, hæc est via. Sed quod imperatoris prudentem duxerit circa suam ipsorum vultatem, homines prouidentem obediunt. *Idem ibid.*

Homines dicto audientes nolunt esse iis, qui præcepta nesciunt: quippe obedientiam à principe dicant oportere. Verum bene ducit, efficit, vt recte eum illi quos ducit sequatur, & equelibris artis opus est, reddere eum quomodo manum ferentem: ita regie scientie est, obedientiam subdantiorem.

Plutarch. in Lycurgo. Nonturpe, sed honestum atque salutare est, parere & obtemperantibus. *Idem in Aristide.*

Suis quique placidus pareat, etiam cum is præceptis, qui magis potest. *Curius l. 6.*

Quicquid imperio cogitur, exigenti magis quam potest feratur acceptum. *Valer. Max. lib. 2. cap. 2.*

Futuro iam Domino non proflus gratificari, demereri. *Cop. de bello Goth. l. 1.*

Si omnia quæ alium quemuis tibi imperantem, tua iustitiam, nec peccabis quidpiam & omnia recte dirigas, & vnicuique iustitiam simul & iustitiam viues. *Dion. l. 2.*

Quanto quis obsequio promptior, honoribus & opibus tribus extolletur. *Tacit. 1. Annal.*

Nimis iniquum est, velle patiatur dispendium, qui in fecit alienum. *Cassiod. l. 2. epist. 26.*

§ APOPHTHEGMATA.

Solon percontatus, qua ratione salua possit esse ciuitas, respondit: Si ciues obtemperent suis magistratibus, Magistratus iure regibus. *Stob. serm. 41.*

Zeno Christianus celebratissimum Hesioidi sententiam dicitur uertere. Cui enim ille primas tribuit ei qui per se ipsas, dadas qui recte admonenti obtemperet: Zeno ordine inuentionis nuntiabat:

Κείνος μὲν παύσθους, ἵς τὸ ἐπιβίη πείθειται. Ἐσθλὸς δ' αὖτὸν κείνοισι, ὅς ἀπὸ τῶν αὐτῶν κείνοισι.

Optimus ille quidem, qui parent recta monenti. Sed probus ille quoque est, qui nonerit omnia per se.

Addebat causam: quod qui ex se nosset omnia, nihil haberet præter intelligentiam: at qui recte monenti pareret, præter intelligentiam haberet etiam effectum. Nam parere dicitur, qui quod dicit optimum esse, facit. *Laert. l. 7. c. 1.*

Pericles dicebat, Samios esse similes pueris, qui porrepta essetiam recipient quidem, sed interim plorantes: eo quod illi parent imperatis, sed non sine tædio & querimonia. Similitudinem istius dixit, popululum Atheniensium esse similem iis qui in nauem nauescant. Si quidem ii cum magno tædio laborant, tandem ex peruehuntur, quo tendit nauis.

Musonius interrogatus, an parentibus obediendum esset in omnibus? respondit, Obediendum quidem esse, sed honestam voluntatem imperantibus. *Stob. 77.*

Ἀνομηνός. Eretrius adolescens quidam in patriam post longam peregrinationem reuertitur, rogatus à patre quid distulisset tanto temporis interstitio affectus esset? se breui ostenturum esse respondit. Verberibus igitur paulo post cæsus propter delictum admodum, patri nequaquam obediens fuit: & hoc edoctum vt parentis castiganti obedioret, cuiusque indignationes ac penas æquo animo ferret. *Brasilius. 4. e. 30. in Aliano.*

Scipio Africanus, Cum in Africa bellum gereret, ceteris viris armatos quos secum habebat, & turrim præterea excedit in mare.

PC

POLY

EXEMPLA BIBLICA.

Obedientia exempla: Noe, Gen. 6. 22 & 7. v. 5. Heb. 11. v. 7. Abraham, Gen. 17. v. 23 & 22. v. 3. 10. & 26. v. 5. & 7. v. 4. Hebr. 11. v. 8. 17. Iacob, Gen. 28. v. 5. 7. Iacobi familia, 35. & 4. Ioseph, 37. ver. 13. Moyses, Exod. 3. v. 13. & 4. v. 3. & 7. v. 5. Itraclitae, 24. v. 3. 39. & 42. Num. 1. 54. & 2. v. 34. & 9. v. 18. Deut. 34. v. 9. Iosue, 1. v. 16. 17. 2. Paral. 11. v. 4. & 24. v. 23. Moyses & Aaron, Exod. 3. v. 12. & 4. v. 3. & 7. v. 6. & 24. Verfic. 3. Moyses, 4. v. 16. Aaton & eius filii. Gen. 8. v. 36. David, 1. Sam. 17. v. 20. Iosaphat, 2. Reg. 6. v. 21. 23. Multitudo, 1. Esdr. 10. v. 12. Nehem. 5. v. 9. 12. Tobias, Tob. 5. 1. Esther, Esth. 2. v. 10. 20. Elaias, Esa. 6. v. 8. Ezechiae Regis legati, 36. v. 21. Rechabitar, 1er. 35. v. 6. Matthathias, 1. Machab. 2. v. 9. 20. Ioseph Mariae Virginis Iponius, Matth. 1. v. 24. & 2. v. 14. 21. Petrus & Andreas, 4. v. 20. Marc. 1. v. 18. Iacobus & Ioannes, Matth. 4. v. 22. Marc. 1. v. 20. Matthaeus, Matth. 9. v. 9. Marc. 2. v. 14. Luc. 5. v. 27. 28. Discipuli Christi, Matth. 26. v. 19. Luc. 22. v. 13. Apostoli, Marc. 16. v. 20. Luc. 6. v. 9. Ioan. 6. v. 10. Deipara Virgo cum viro Ioseph, Luc. 2. v. 21. 22. 39. 41. Christus, Esa. 50. v. 6. Luc. 2. v. 51. Ioan. 10. v. 18. & 12. v. 49. & 14. v. 31. & 15. v. 10. & 17. v. 9. 4. Phil. 2. 8. Heb. 5. v. 8. & 10. v. 7. Petrus, Luc. 5. v. 5. Heb. 10. v. 23. Coccus natus, Ioan. 9. v. 7. Petrus, Ioannes, Act. 4. v. 19. & 5. v. 29. Paulus, 9. v. 6. Ananias, 17. Cornelius Centurio, 10. v. 33. Romana Ecclesia, 11. v. 7. & 16. v. 19. Corinthiaca Ecclesia, 2. Cor. 7. v. 13. Philippenses, Phil. 2. v. 12. Timotheus, 1. 2. Thesalonicensis, 1. v. 6. Sara, 1. Pet. 3. v. 6. Obedientia ficta exempla: Aduersarii Davidis, Psal. 8. v. 4. 5. 46. Obedientia seclerate exempla Iudaei, 2. Paral. 24. v. 21.

EXEMPLA PROFANA.

Cyrus Perfarus rex militem (qui cum hostem interfectorum gladium eduxisset, & classico audito, icus cohobuffer, hostemque dimisisset) laudasse dicitur: eo quod militarem legem plus, quam hostem fecisset. Alex. de Alex. l. 1. c. 20. & Pedia Xenophon.

Polyuces ad matrem Iocastam apud Eurip. in Phoenissis, inquit, A γὰρ εὐ βάλει τὰν ἰσοίμνην φίλα. Quae tu vis eadem mihi gratia erunt, mater.

Menoccius Patrem Creontem interrogatus, utrum fugere debeat, ne mactetur a ciuitate? apud Euripidem in Phoenissis, inquit,

Οὐκ οἶν εἰς φερέει, ἐνός, οὐκ οὐκ εἰς ἴπυ. Nimirum conueniens est te dicere, effugere vero me.

Cum Artaxerxes interfecisset maximum natu filium Darii, ob inuidias quas patri intenderat. Alter ab illo, iubente patre, stricto acinace, sibi ipsi vim ante regiam intulit. Alian. de varia hist. lib. 9.

Metelli filii Romae a patre hereditate exclusi, testamentum irritum esse voluerunt. Satis arbitrati bonorum extorres fieri, quam qualemcunque patris voluntatem non tueri. Alex. lib. 6. cap. 10.

Teribazum autem, cum a Persis corripere, quod esset vir validus, sibi in acinacem, ac vi se defendisse, quibus testantibus, vociferantibusque ex precepto regis ipsum comprehendere, confestim ensem abiecit ferunt, manus vincendas praebuisse. Plusar. de superstitione.

Serlicom ab Honorio Imp. genero missi milites, manus inicere conabantur. Ille pium se defendere, post ubi Imperatoris id voluntate fieri cognouit, manus dedit, seque ab illis interfici passus est. Theat. Zuing.

HIEROGLYPHICA.

Auris sacris in literis hieroglyphicum est Obedientia Rier. Val. lib. 3. pag. 516. F.

Erat & illud hieroglyphicum, quod Aegyptii sacerdotes, Obsequium, & ad Domini iussa nutumque regressum significare si vellent. Canem conuersum in dorsum capite pingebant, idem lib. 5. pag. 49. A.

Vide Inobedientia & Obsequium.

Obiurgatio.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Obiurgatio Graece λυιδογια, ἡ, & λυιδογια, obiurgo dicitur. Est autem obiurgatio idem quod reprehensio. Heb. Tocacath, a verbo Tacac, increpare, obiurgat, arguit certis verbis conuincendo, & probando rei veritatem, &c.

BIBLICI LOCI.

Obiurgationes in Ecclesia necessariae sunt: 1. Cor. 4. 21. 2. Cor. 2. 4. Ephes. 5. 11. 13. 2. Tim. 3. 16. & 4. 2.

SIMILITVDINES.

Hilarv. Vt a sancto & fideli viro argui se velle, prudentis est, quia aegris animis & peccatorum morbo languentibus, vtilis est seuerae obiurgationis sub honesto auctore medicina: Ita miserum est per peccati miseracionem, vsque ad ipsam peccantium miserordiam decidisse. in Psal. 140.

GGGG Flu.

Nullus horum omnium est, qui non conscia turri, se...
Coron adolescentis qui in defectu non paruerat bona pri...
Sicut Adam in mortem incidit prauaricando: Ita &...

SIMILITVDINES.

Quemadmodum decet, vt in menta nobis obsequantur...
Sicut Adam in mortem incidit prauaricando: Ita &...
Magna dissimilitudo inter bonum & leuicem, at...

ADAGIA.

Digituli crepitum...
Iubent quippiam, digituli crepitum...
concedit alteri...
Tu mihi, contra ego dante tibi...

Obiurgatio cum instantibus...
Obiurgatio qui se moribus quoramlibet attemperabat...
Obiurgatio dicitur in animam que agre a iuvene dimellebatur...